

www.e-rara.ch

Philosophus irresolutus, sive, Quaestiones universae philosophiae principales

Walser, Iso

[Sankt Gallen], anno 1748

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 248

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28721>

Quaestio XI. An relatio realiter distinguatur a fundamento proximo?

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



Fundam. præcip. Sentent. 1. Substantia prædicamentalis est quid finitum, excludit enim positivè alia prædicamenta; ergò DEUS infinitus sub ea collocari non potest. 2. In DEO non potest positivè concipi genus, & differentia, potentialitas &c.

Fundam. Sent. 2. Substantia prædicamentalis ut sic abstrahit à finita, & infinita, ergò cum DEO ratio substantiæ ut sic univocè conveniat, poterit DEUS poni in prædicamento substantiæ. 2. Potest in DEO concipi genus, & differentia, nec hoc involvit imperfectionem in ipso DEO, sed ex parte nostri intellectûs.

QUÆSTIO XI.

*An Relatio realiter distinguatur
à fundamento proximo?*

SENTENTIA I. Negans. ita Suarez d. 47. f. 2. Conimbric. hîc q. 1. e. 4. Hurtado d. 15. meta. f. 2. Arriaga diff. 12. log. f. 5. Semery d. 4. log. q. 8. a. 4. Burgundi. Calaguritanus, & alij plurimi, estque sententia communis inter RR.

FUN-



FUNDAMENTA.

1. nulla est necessitas hujus entitatis relativæ realiter distinctæ à fundamento proximo, v. g. albedine, eiq̃ue superadditæ, ergò non debet astrui. *prob. ant.* si dealbentur duo parietes, tunc si relatio est aliquid realiter distinctum ab albedine, poterit DEus hanc entitatem impedire, ne sequatur ad dealbationem parietum; atqui impedita hac entitate, dumòdò in utroque pariete remaneat albedo, illi parietes sunt verè similes, & consequenter unus dicit relationem similitudinis ad alterum, ergò illa entitas superaddita est superflua. *min. prob.* similia sunt, quæ in eadem qualitate conveniunt, atqui præcisâ, & impeditâ illa entitate, parietes convenirent in eadem qualitate albedinis, ergò essent similes.

2. Si relatio est Ens reale superadditum fundamento, sequitur, quòd ad motum unjus muscæ volantis mutetur totus mundus, sed hoc est absurdum; ergò &c. *prob. seq.* quia ad motum unius muscæ volantis orirentur



tur infinitæ novæ relationes, similitudinis, dissimilitudinis, propinquitatis, distantiae &c. ergò si istæ relationes sunt entia realia distincta à fundamento, & in eo recepta, sequitur totum universum mutari, tot novis entitatibus acquisitis.

3. Si relatio est entitas realiter distincta à fundamento, dabitur processus in infinitum; sed iste non admittitur; ergò nec entitas illa admitti debet. *prob. seq. maj.* duæ relationes Paternitatis sunt inter se similes, ergò fundant novam relationem similitudinis: ista relatio similitudinis, si sit ens realiter distinctum à relatione Paternitatis, iterum erit similis alteri, & sic denuò novam fundabit relationem usque in infinitum; ergò.

4. Paries niger præcisa omni relatione, formaliter est dissimilis parieti albo, quia formaliter habet alium colorem, quàm paries albus; aliàs ille non congregaret visum hòc disgregante. ergò relatio dissimilitudinis non est distincta à nigredine parietis, quæ est fundamentum relationis.

RE-

RESPONSA Aa.

Ad 1. Neg. ant. *ad prob.* resp. 1. Mastrius n. 46. *neg. maj.* positis enim duobus similibus nequit impediri modus ille superadditus.

Resp. 2. Thomistæ *neg. min.* vel *dist.* sunt similes *fundamentaliter* con. *formaliter* neg. sicut enim, inquit P. Renz. *hic a. 8.*, una albedo *formaliter* non facit, nisi unum album, ita duæ albedines *formaliter* non faciunt, nisi duo alba. ut ergo duo illa alba fiant *formaliter* similia, debet ipsis superaddi alia forma *relativa*, h. e. entitas illa relationis, per quam fiant *formaliter* similia. *ad prob. m. d. maj.* quæ in una qualitate conveniunt *relative* con. quæ in una qualitate conveniunt solum *absolute*, subd. sunt similia *fundamentaliter*, con. *formaliter*, *neg. maj. d. m. n. c.* in dato casu unus paries esset talis qualis alter *absolute*, quia haberent eandem formam *absolutam*, non tamen *relative*, quia non haberent entitatem *relationis*.

H

Ad 2.

Ad 2. Resp. 1. Scotistæ *neg. min.* absurdum enim id non videtur, nisi rudibus, & ignaris quæque mira stupentibus; unde *tribunitio* ut loquuntur, hōc argumentō Senatus Philosophorum moveri non debet.

Resp. 2. Thomistæ *neg. seq. maj.* quia multiplicatis terminis solum *materialiter* diversis, non continuò multiplicantur relationes, quia una relatio potest se extendere modò ad plures terminos, modò ad pauciores, si destruantur.

Ad 3. *Neg. seq. ad prob. neg. ant.* quia relatio non est qualitas; atqui in sola qualitate fundatur relatio similitudinis, ergò relatio non potest fundare aliam similitudinem, & sic non datur processus in infinitum. at hæc responsio non *satisfacit*, nam Petrum inter, & Paulum datur utique relatio distinctionis; & juxta Th. Th. hæc relatio est entitas formaliter distincta à Paulo; ergò fundat novam relationem distinctionis, & sic in infinitum.

Ad 4. *Neg. ant.* sine entitate enim *relativa* nec paries niger est formaliter

ter dissimilis albo, nec Petrus est formaliter pater Pauli, quem genuit.

SENTENTIA. II. Affirmans. Ita Card. de Aguirre *metaph. Diss.* 12. per tot. Joannes à S. Thoma *q.* 17. *Log. a.* 4. Complutens. *D.* 14. *de re lat.* *q.* 4. Lerma *l.* 7. *log. q.* 22. Ortiz *tr.* 5. *conf.* 4. *§.* 2. Renz *hic. a.* 8. Babenstuber *D.* 2. *de predicam. a.* 3. *§.* 2. Goudin *log. p.* 1. *q.* 4. *a.* 2. Wenzl *contr.* 4. *de predic. q.* 3. *§.* 2. & alij Thomistæ.

FUNDAMENTA.

1. Relatio est accidens; ergò distinguitur à suo subjecto, h. e. fundamento.

2. Relatio est accidens, & fundamentum proximum relationis sæpè est substantia, ut patet in relationibus diversitatis substantialis, atqui accidens distinguitur à substantia; ergò etiam relatio à fundamento proximo.

3. Albedo, & relatio similitudinis, quam dicit paries *A.* ad parietem *B.*, possunt realiter separari; ergò realiter distinguuntur. *ant. prob. destructo*

H 2

parie-

pariete albo *B.*, paries *A.* manet albus, & non manet similis, ergò albedo, & relatio similitudinis possunt realiter separari.

Nec dicas: distinguendum esse antec. Albedo, & relatio similitudinis possunt separari secundum id quod similitudo importat *in recto*, neg. secundum id quod similitudo importat *in Obliquo* con. a. & d. c. ergò realiter distinguuntur albedo, & relatio similitudinis, secundum id quod importat *in obliquo*, con. secundum id quod importat *in recto*, neg. relatio similitudinis *in recto* dicit ipsam entitatem albedinis, & hæc destructo pariete *B.* manet in pariete *A.*; *in Obliquo* verò dicit albedinem parietis *B.*, & hæc destructo pariete *B.* perit, aliud ergò non probatur, nisi quòd albedo parietis *A.* & relatio similitudinis *entitativè* accepta distinguatur ab albedine parietis *B.*

Contra est 1. Destructo pariete *B.* forma relativa non amplius tribuit parieti *A.* effectum suum formalem primum, h. e. non actu refert parietem *A.* ad terminum similem,
cùm

cùm hic non detur, ergò perit etiam ipsa forma relativa *entitativè*, & *in recto. prob. cons.* quia impossibile est formam inhærere subjecto, & tamen ei non tribuere effectum formalem; sicut impossibile est albedinem inhærere muro, & tamen murum non actu reddere album.

Contra est 2. Destructô terminô fundamentum non est capax effectûs formalis, qui sequitur ipsam formæ præsentiam; ergò etiam non est capax ipsius formæ; ergò destructo pariete B. perit ipsa *entitas* formæ relativæ, *in recto* importata.

Contra est 3. Destructo pariete B. perit aliquid reale in pariete A.; sed non ipsa albedo; ergò *entitas* relationis *in recto*, realiter distincta ab albedine. *prob. maj.* aliàs si paries A. manet immutatus, erit adhuc actu similis, ut antea.

Contra est 4. relatio *entitativè*, & *in recto* est ipse *actualis* respectus parietis A. ad parietem B.; atqui destructo pariete B. perit iste *actualis* respectus; ergò perit ipsa relatio *entitativè*, & *in recto*.

Contra est 5. si esse relativum, seu actualis respectus est idem cum albedine, sequitur quod possit aliquid separari à seipso: sed &c. ergò. *prob. seq.* destructio enim pariete B. perit ille *actualis respectus*, & non perit albedo, ergò separabitur à se ipsa.

4. Si duobus parietibus albis ut 4. addas utrinque gradum unum albedinis, crescit albedo, & non crescit relatio similitudinis; ergò albedo, & relatio distinguuntur realiter.

5. Si uni tantum ex eisdem parietibus æquè albis ut 4. demas gradum unum, in pariete altero decrescet similitudo, non decrescet albedo, ergò &c.

RESPONSA Aa.

Ad 1. D. a. Relatio est accidens respectu fundamenti remoti, con. respectu fundamenti proximi, h. e. albedinis, neg. a. & eodem modo dist. conf.

Ad 2. D. maj. relatio semper est accidens physicum, & entitativè, neg. metaphysicum, h. e. quoad rationem suam formalem non pertinens ad conceptum essentialem ejus rei cujus est acci-

accidens, con. maj. d. min. accidens
physicum, & substantia distinguuntur,
 con. accidens *metaphysicum*, & Substan-
 tia &c. neg. min. & conf.

Ad 3. *D. ant.* 1. Albedo, & relatio
 similitudinis *formaliter* spectata secun-
 dùm formalem denominationem si-
 milis &c. con. *entitative*, & *realiter*
 spectata, neg. 2. relatio *secundùm enti-*
tatem potest separari ab albedine, neg.
secundùm denominationem ita, ut albe-
 dinem non actu denominet similem.
 con. 3. resp. *Distinctione datâ, & al-*
latâ ab Aa.

Ad contr. 1. *neg. conf.* quia licet
 effectus formalis non possit separari
 à forma *absoluta*, eò ipsò enim, quòd
 hæc sit *in* subiecto, habet omnia re-
 quisita, ut possit effectum formalem
 subiecto communicare; potest tamen
 separari à forma *relativa*, quia hæc
 non dicit solùm esse *in*, sed etiam ef-
 se *ad aliud*, consequenter si non detur
 illud *aliud*, h. e. terminus, licet sit
entitative in subiecto, tamen non po-
 test fundamentum actu referre *ad ali-*
ud, non defectu *sui*, sed *termini. ad*
prob. d. a. formam absolutam &c. con.



relativam &c. neg. *ad parit.* dico albedinem esse formam *absolutam* non *relativam*. patet ex dictis.

Ad contr. 2. *D. a.* Effectus formalis sequitur præsentiam formæ *absolutæ*, con. *relativæ*, subd. si adsint omnes *conditiones requisitæ*, con. si non adsint, neg. hîc autem non adest præsentia termini, qui necessario requiritur, ut paries A. sit actu similis, & actu relatus &c. unde neg. conf.

Ad contr. 3. *D. maj.* Perit aliquid *reale intrinsecum* parieti. neg. *extrinsecum* nimirum terminus *extrinsecè connotatus*, con. *maj. n. m.* & conf. *ad prob. d. a.* si manet immutatus tam *intrinsecè* quàm *extrinsecè* &c. con. si solum *intrinsecè* &c. neg.

Ad contr. 4. *Neg. maj.* Relatio enim *in recto*, & *entitative* spectata est ipsa albedo ut potens esse similis alteri albedini, si daretur. ipse *actualis* verò respectus, seu *actuale exercitium* respiciendi terminum constituit relationem spectatam tam *secundum rectum*, quàm *obliquum*, & ut actu *connaturatur* terminus, & fundamentum *denominatur* actu relatum.

Ad

Ad contr. 5. *D. maj.* Si esset idem cum albedine *absolutè*, & *entitative* spectata, con. si sit tantum idem cum albedine *connotative* spectata, & ut *actu connotat* terminum, neg. maj. d. m. n. c. nemo autem dicit, actualem respectum posse separari ab albedine ut *actu respiciente* terminum.

Ad 4. *D. a. 1.* Crescit albedo *materialiter*, & ut est *precisè albedo*, virtualiter distincta à relatione similitudinis. con. a. crescit albedo *formaliter*, & ut *constituit ipsam relationem* similitudinis, & parietem similem denominat. neg. a. & c. quamdiu non fit major convenientia duarum albedinum, tamdiu non crescit albedo *formaliter*, ut connotans terminum; quia quamdiu non magis convenit cum termino, tamdiu non magis connotat terminum. 2. *d. a.* crescit albedo ut *qualitas* est, con. ut *relatio* est. neg. ut enim in ratione relationis, similitudinis crescat, requiritur, ut similitudo fiat perfectior; atqui non potest major, & perfectior dari similitudo, quam habeant duæ qualitates eorundem arithmetice graduum.



Ad 5 D. a. Non decreſcet albedo materialiter, & ut qualitas eſt, con. formaliter, & ut relatio eſt, ſeu ut connotat terminum, neg. in dato enim caſu minus connotat, ergò ut ſic decreſcit.

Fundam. præcip. Sent. 1. Sine entitate ſuperaddita duo parietes albi ſunt vi albedinis verè, & conſequenter formaliter ſimiles, & ad ſe invicem referuntur, ergò relatio conſiſtit in entitate ſuperaddita.

Fundam. Sent. 2. Sine entitate relationis duo parietes albi ſunt vi albedinis tantùm duo alba, & non formaliter ſed ſolùm fundamentaliter ſimiles, & ſine entitate relationis unus paries non refertur ad alterum, ergò relatio formalis conſiſtit in entitate ſuperaddita.

QUÆSTIO XII.

An eadem, & immutata propositio in materia contingente poſſit tranſire de vera in falſam, & econtra?

SENTENTIA I. Affirmans ita Suarez. *met. d. 8. ſ. 2.* Carmuel. *metalog. l. 7. d. 3. n. 858.* Maurus. *lib. 1. q. 60.* Semery *d. 5. q. 5. a. 1.* Maſtrius *d. 10. q. 2. a. 2.* Cardinal. de Aguirre
in